Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ptuit hic erat quā legebat. Tanquā ouis adocisionē ductus ē: et sicut
agnus coram tondente se sine uoce: sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum ē. Generacionem eius quis enarrabit quoniam tollet de terra uita eius.
Respondens autem eunuchus philippo dixit. Obsecro te: de quo propheta dicit
hoc? De se an de alio aliquo? Ipiens autem philippus os suum. et incipiens a scriptura ista: euangelizauit illi iesum. Et dum irent per uiam: uenerunt ad
quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari.
Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde licet. Et respondens ait. Credo filium dei esse iesum xpm. Et iussit stare currum. Et descenderunt uterque in aquam
philippus et eunuchus: et baptizauit eum. Cumque ascendissent de aqua: spiritus dominus rapuit philippum: et amplius non uidit eum eunuchus. Ibat autem per uiam suam
gaudens. Philippus autem inuentus ē in azoto: et pertransiens euangelizauit
ciuitatibus cunctis donec ueniret caesaream nomine dominum nostrum iesu xpi.

Sp.

Illo t. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo
fleret: inclinauit se et prospexit in monumentum. Et uidit duos angelos in al
bis sedentes. unum ad caput et unum ad pedes: ubi positum fuerat corpus
iesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum
meum: et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset. conuersa ē retrorsum: et
uidit iesum stantem: et nesciebat quia iesus ē. Dicit ei iesus. Mulier
quid ploras? Quem queris? Ista existimans quia hortulanus ē: dicit ei.
Domine. si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit
ei iesus. Maria. Conuersa illa: dicit ei. Rabboni: Quod dicitur magister.
Dicit ei iesus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Ua
de autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum: et patrem uestrum: ad
deum meum et deum uestrum. Uenit maria magdalena annuntians dis
cipulis: quia uidi dominum et hec dixit michi. Feria. vi. Petri apli.

Fratres. Xpus semel pro peccatis nostris mortuus ē iustus pro iniustis.
ut nos offerret deo: mortificatus quidem carne uiuificatus autem
spiritu. In quo et his qui in carcere erant spiritibus ueniens predicauit: qui in
aliquando fuerant aliquando expectabat dei patientia: in diebus noe cum fabri
caretur arca: in qua pauci. id est octo anime saluae facte sunt per aquam: quod